

5683 [=4476] Arpini in turri campanaria ecclesiae S. Mariae.

.....ACERRO
ITERVM · EXTRVXIT
ET · TVRREIS

Pistilli ed. 1 p. 48, ed. 2 p. 35; Dionigia f. 47; Grossi 3 p. 73; Romanelli *viaggio a Monte Casino* p. 107.

Superne alios vv. deesse significant Grossi et Rom. probabiliter. — 1ACERRO reliqui, ACERRO.... Grossi. — 3 sic Dion. Pist. ed. 2, ET ET TVRREIS Pist. ed. 1 errore typographi,ET TVRREIS Grossi, ...ET·TVRRES Rom.

5684 Arpini rep. c. a. 1874 in fundamentis aedium Viti Ranaldi, est ibi.

I/I/IIVSOL
D A M / / I
IN FRONE I/
IN AGRVM P/

Descripti.

5685 [=4478] Arpini in pariete exteriori ecclesiae S. Antonii Minorum Conventualium, ubi ascenditur ad curiam. Iam in curia intus.

P · FVFIDIVS · NOTVS · FECIT V
protome mulieris protome mulieris protome mulieris
FVFIDIAE · P · L · FVFIDIAE · P · L · AVGE FVFIDIAE · P · L V
NOTAE · SORORI MATRI SATVRNINAE

Recognovi descriptam a Brunnio. Pistilli ed. 1 p. 45, ed. 2 p. 33; Grossi 3, 76; Romanelli *viaggio a Monte Casino* p. 109; Gerhard a. 1825 apud Amatium (Vat. 9776); Iannelli *Comm. di Caserta* 5 Febr. 1873.

P F pro P·L Grossi ter cum Romanello.

5686 urna ornata rep. a. 1873 in loco q. d. Morrone duobus fere chiliom. ab Arpino ad occidentem.

M · IVLIO · LIB
IVVENALI

Nicoluccius misit.

1 M·IVLIO·LIB traditur.

LXXII. Isola di Sora.

Ad confluentes Lirim et Fibrenum, in ipsa insula quae nunc est *Isola di Sora* (sive *del Liri*) frequens oppidum, quorum locorum amoenitatem vividis coloribus depingit Cicero in librorum de legibus secundi exordio (cf. Silius 8, 400) nec facile qui eos invisit obliviscetur, villa Tulliana fuit, cuius etiamnunc reliquias superesse credunt. Scilicet in crypta ecclesiae monasterii S. Dominici siti inter Isolam et Soram *si vedono*, ita nuper ad me scripsit locorum horum valde gnarus medicus Isolanus Iustinianus Nicolucci, *tuttora in piedi sedici colonne, di cui la maggior parte in granito, ed alcune di marmo bianco fatte a spira; colonne che, mancando di base e di capitello, fanno chiaramente intendere che sono rocchi staccati*. Attamen tam columnae hae quam ceterae eo loci erutae reliquiae aetatis Romanae etiam ex vicinae Sorae aedificiis antiquis adportari potuerunt. De situ autem villae Tullianae in insula per ipsos confluentes illos effecta cum satis constet, item certum est eatenus pertinuisse territorium Arpinatium. *Haec est*, Cicero ait l. c. c. 1, 3,

mea et huius fratris mei germana patria; hic enim orti stirpe antiquissima sumus: hic sacra, hic genus, hic maiorum multa vestigia. Nihilominus aetate imperatoria, qua incipiente vicum Cereatinorum municipii formam induisse veri simile est, ei haec regio ita cessisse videtur, ut universa sinistra ripa Liris eius pertica comprehenderetur; nam titulus n. 5689 repertus Castelluccii, qui vicus est prope Isolam in sinistra Liris ripa, Cereatinorum meminit indidemque potest venisse alter n. 5717 repertus in dicto monasterio S. Dominici. Quapropter satius visum est titulos Isolae et Castelluccii repertos seorsum proponere; in eos tamen qui ex S. Dominici monasterio prodierunt cum Isolans et Soranis idem ius sit, hos cum Soranis contribuimus.

De Isola et Castelluccio is cuius supra memini Iustinianus NICOLVCCI exposuit apud Cirellium *Regno delle due Sicilie* vol. 3 p. 17—34 docte et perite. Idem et iter facientem summa humanitate me adiuvit et quae postea prodierunt per litteras mecum communicavit.

5687 [=4471] in agro Arpinati supra Fibrenum fl. ad molam char-tariam SMET.; in insula Fibreni in aedicula D. Restitutae [ea est in *contrada Carnello*] MANVT. (ms.).

D stella M
T · AELI · MARIANI
VETERANI · EX · EQVI
TIBVS · SINGVL
5 ANTONIA · PAVLINA
VXOR · ET · ANTONI
VS · PRISCVS · PRIVIG
NVS · ET · AELIVS · PAPIAS
LIBERTVS · HEREDES
10 EX · TESTAMENTO

Duo exempla extant, alterum Manutii cod. Vat. 5237 f. 233, alterum Smetii ms. Neap. f. 212. Ab hoc reliqui: Waelscapple f. 29; Panvinius Vat. 6035 f. 94'; Manutius orth. 588, 6; Pighius cod. Ber. f. 203; Grut. 517, 8 ex Manutio et ms. Smetii; Dionigia f. 49.

2 MARIANI Manut. (ms.). — 3 EX·EO Manut. (ms.). — 5 ANTONIA Manut. (ms.) Smet. Waelsc., AVTORIA Manut. (ed.) Grut. Pigh. — 8 PAPIAS Manut. (ms.), om. in hiatu Waelsc., hiatu non indicato reliqui.

5688 [=4488] rep. ad viam antiquam Appia minus latam prope Arpinum ANTINORI. *Vicino a Collasturo nel 1812 vennero scoperti de' gran sassi, che dimostravano una antica strada, quella cioè che portava in Sora, diramandosi dall'altra vicina, la quale conduceva in Arpino passando per le Muraglie. Fra essi si scoprì una iscr. di buon carattere scolpita in sasso ben grande, che ora sta eretta avanti alla chiesolina della Neve sotto Castelluccio* PIST. Extat in aedibus extra Castelluccium Isolam versus.

P · AVRVCVLEIVS
D · F
C · MINVCIVS · C · F
THERMVS · IIIVIR
5 VIAM · LA PID · SILIC
EX · D · D · P · P · STERN ·
CVR · IDEM · PROB

Recognovi post Brunnium. Iam a. 1757 episcopus Coccoli misit Antinorio, Antinorius Amadutio epistula scripta 27 Iul. 1773 quam vidi Savignani in bibl. publica. Deinde ediderunt Pistilli ed. 2 (1824) p. 28; Ulrichs *Bull. dell' Inst.* 1839 p. 63; Garrucci *Bull.* 1851 p. 13 qui vidit; Nicolucci apud Cirellium 3, 30. Henzen 6615.

5 post LA lapis antiquitus hiat.

Duo viri Cereatini potius fuerunt quam Sorani.